

MELETEM. CATECHETICA. '537

Fide sola justificatus est Abraham.

Rom. 4. Joh. 8, 56.

Sic & reliqui omnes Patres: ut extat Act. 15, 11. Heb. 11, 13.

Perstemus igitur ut mons Sion in consolatoria hac doctrina: ut cum illis Patribus, non cum iustitiariis, & reliquis Christigenis omnibus, in cœlis lætè & æternùm accumbamus.

Quod faxit Deus Pater per Jesum Christum Dominum nostrum virtute Spiritus sancti!

DOMINICA XXVI.

Ex Quæst. 62. & seqq.

*BONA OPERA AD IUSTITIAM
coram Deo nihil faciunt.*

TEXTUS Ephes. 2, 8. ad 11. usque.

Vers. 8. Gratia servati estis per fidem: (Et hoc non est ex vobis: sed Dei donum est.)

v. 9. Non ex operibus, ut ne quis glorietur.

v. 10. Nam ipsius sumus opus, conditi in Christo Iesu ad bona opera, quæ preparavit Deus ut in eis ambulemus.